



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

20. Qui ad Ecclesiam confugiunt tradi non debent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

ximus custodire ut pro quibuscunque culpis in carceribus deputantur rei, à Præposito Ecclesiæ diebus dominicis requirantur, ut necessitas vincitorum secundùm præceptum Domini misericorditer subleuetur, & competens victus de domo Ecclesiæ tribuatur.

Ut mulieres publicè docere non præsumant, neque baptizare. *Ex eodem.*

Concil. Car.
Mag. 4. c. 99.
& 100.
Burchard. lib.
8. c. 83.

XIX. Mulier, quamvis docta & sancta sit, viros in conventu docere non præsumat. Similiter nec baptizare.

Qui ad Ecclesiam confugiunt, tradi non debent. *Ex eodem Concilio.*

Concil. Arel.
lat. 2. c. 30.

XX. Eos qui ad Ecclesiam confugerint trahi non oportet; sed eos domini sui promissa venia, exire persuadeant. Quòd si ab Ecclesia exeuntibus pœnale aliquid intulerint, ut Ecclesiæ inimici, habeantur excommunicati.

De accusatis vel accusatoribus.

Burchard. lib.
2. c. 196.

XXI. Illud præterea omni ecclesiastico ordini omnimodis observandum est, ut nullatenus aliquis præsumat in Concilio vel synodali conventu aliquem confratrum accusatione pulsare, nisi priùs ipsum accusationis crimen & litigationis causas litteris per ordinem comprehensum manu propria subscripserit, & Episcopo vel sacræ synodo porrexerit, ut iustè & canonicè litigantium controversiæ finiantur. Non enim licet, ut auctoritas Romana testatur, nisi inscriptione celebrata reum quemquam fieri, nec ad iudicium exhiberi.